

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

4 Contractus mutui, cum clausula, teneatur ad aliquid propter moram,  
licitus est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

pro cambio; Et Præterea quod campor qui dat pecunias soluendas sciat, vel probabilitate credat, quod persona cui cas dat, habent pecunias, ut fidem, seu creditum, & voluntatem satisfaciendi literis, & solutioni in locis, ubi soluenda sunt; & denique quod locus in quo pecuniae soluenda sunt, longe a loco in quo dantur litteræ. Quia omnia in prædicto cambio concurrunt. & ideo licitum censeri debet. Non enim (quod deesse videtur) soluit pecunia cambiata in eodem loco, vel formaliter quia cambiatur Roma, & soluitur Lugduni; vel æquivalenter, quia obligatio, qua Antonius exempli causa, se obligavit ad soluendum pecunias Lugduni, tollitur omnino per obligationem, qua Petrus campor se obligat ad eas ibi soluendas per Ioannem agentem & procuratorem suum; officijs autem diuersis fibijs suis non repugnantibus, vnuus non idemque fungi licet potest; & campores passim sunt creditores vnius sub una tatione, & debitores eiusdem sub alia.

#### DECISIO II. Ex conf. 2. alias 11.

**D**ebitor, qui in mora est soluendi debitum ad diem constitutum, creditori ultra debitum principale, tam interestem damni emergentem, quod creditor in litigando est passus, Ant. in cap. conquestus, de vñst. quam intereste lucri cessantis, quod creditor verisimiliter lucrifecisset, si principale tempore debito solutum fuisset, in virtute foro soluere tenetur ex Na. in Man. cap. 17. num. 2 11. Interestem autem lucri cessantis, perpenitus circumstantijs personarum, loci temporis, & opportunitatum lucrandi, quæ feso obtulerunt, si summa principali opportuno tempore soluta fuisset, prudentis varijs arbitrio iudicandum est. Arg. ca. de causis de offi. deleg.

#### DECISIO III. Ex conf. 3. alias 8.

**M**vtuans ab alio 700 aureos & obligatus se ad soluendum ei mille per instrumentum publicum, confidendo se illaj debere, nulla facta mentione, quod 700 realiter mutuo accepit, & 300. promisit pro interesse creditoris, & differens solutionem & restitutionem per multos annos, co quod non sit interpellatus a creditori, qui est amicus eius, & aliqua bona opera a mutuatario accepit: si mortuo creditore, heres a praefato mutuatario non solum illa mille petat, sed intereste lucri cessantis, quod ex illis creditor facere potuisse; non tenetur mutuatarius illa 300. soluere, nec intereste aliquod ratione illorum 700. dummodo promissio de soluendo mille in instro iurata non fuerit; quia promissio simplex de soluendo viuras nullo iure obligat, cap. debito. de iure. & quicquid ultra fortem accedit, est vñta; cap. 1. 2. & 3. 14. q. 3. illa vero 300. ultra fortem principalem pro viuras promissa censeretur; interesse autem non debetur nisi vel creditor mercator sit, qui a mercando cessat, eo quod non erat sibi tempore debito solutum; Argu. 1. ff. de eo quod certo loco, vel nisi debitor in mora sit soluendi; & debitor non est in mora, nisi a creditore interpelletur, ex Innocen. in cap. fin. de vñst. Quod si promissio soluendi viuras iurata sit, obligat ad soluendum, & reddendum Deo iuramentum suum. d. cap. debito. Potest tamen ab Episcopo, vel Papa iuramenti relaxationem in eum ceteri petere, propter contractum viueatum, quo se ad soluendum obligauit; cap. 1. de iure. & sic viuras illas etiam iuratas soluere non tenebatur.

#### DECISIO IV. Ex conf. 4. alias 13.

**C**ontractus mutuus absolutus cum clausula posita, ut vel tantum triticum cum tali tempore a mutuatario bonum, nitidum, & mercantile restinet, quantum ipse a mutuante receperit, vel vt soluat tria scuta pro qualibet Rubio; si tempore debiti triticum non soluat; & conuentus in iudicio, & condemnatus ad rationem quanti plus tritum creuerat in estimatione, videlicet ad quinq; scuta pro qualibet Rubio, prout triticum tunc valebat: huiusmodi contractus licitus sunt: & mutuans ex defectu restitutionis gravi suo tempore faciendi augmentum illud, accipere potest,

prout a iudice constitutus; & dampnum quod evenit, cum ex mutuatarij culpa, & mota proueniat non mutuanti, aut Iudici, sed ipsi mutuatario moroso imputari debet. cap. Mo. 9. de reg. iur. in 6.

#### DECISIO V. Ex conf. 5. alias 21.

**V**Endens domum pro pretio mille aureorum, de quibus tempore venditionis emptor soluit 500. reliquos vero 500 soluere promittit illinc ad unum annum cum pacto, quod tempore solutionis dicti residui venditor tenet præstatre unum fiduciissolem de euictione domus, & viceversus in euentum non solutionis dicti residui, ut supra, emptor dat potestatem venditori dictam domum propria autoritate capiendi, & illud retinendi, & fructus in viis suis conuertendi absque eo quod in sortem compenferent pro currente quantitate usque ad effectualem solutionem dicti residui; & adueniente tempore, & termino anni non soluitur residuum pretij, quia venditor non potest præstatre fiduciissolem de euictione, unde per dictas partes prorogatur tempus soluendi ad aliud annum cum hoc, quod interim emptor tenet præstatre fructus venditori pro rata dicti residui; licet hoc casu venditor ab emptore dictos fructus accipere, & retinere potest, immo & eos potere, qui nondum ei soluti, sunt a tempore anni prorogati, ob illum tantum aequitatem, quæ habet, quod nemo cum aliena iactura loquletari debet; leg. iure naturæ, ff. de reg. iur. &c. loquletati eo. tit. in 6. fructus tamen perceptos intra annum præstitutum in contractu ad soluendum reliquam medietatem, accipere, aut petere nequit, quia intra illum annum nullaloculementum cum aliena iactura considerari potest, eo quod ipsi partium libera, & spontanea conuentione, pro pretio domus mille soluenda erant 500. tempore venditionis, & alia 500. in fine anni.

#### DECISIO VI. Ex conf. 6. alias 22.

**E**MENS fundum, & eo suens, dando fiduciissolem ad soluendum venditorum pretium post certum tempus, & si in aliis fiduciissolem mille aureos pro parte pretij, eo pacto, ut fiduciissolem soluat partem pensione & fundi empi, que respondet parti predicti pretij, mille aureorum, viura comicit, obligando fiduciissolem, ut mille aureos; qui sunt sois principalis, venditorum soluat, & ultra hanc principalem sortem, ut etiam soluat sibi parte in pensione illis respondentem, pro via illius pecunie usque ad tempus solutionis, eo quod depositum cum facultate utendi eo fit mutuum.

#### DECISIO VII. Ex conf. 7. alias 3.

**M**vtuans aliquid a mutuatario ultra id, quod mutuat, tam intereste lucri cessantis, quam damni emergentes hinc pereat, & accipere potest; ex Na. in Man. cap. 17. num. 2 12. & si mutuans ob defectum solutionis a mutuatario tempore debito faciente, ad viuras accipere cogitur, ut suo creditori soluat, cui etiam certa die soluere tenebatur eisdem viuras, & datum Mutuarii Mutuatariorum restituere tenebatur. Arg. cap. Petuum. & cap. constitutus. de fidei.

#### DECISIO VIII. Ex conf. 8. alias 25.

**S**Ocietas, qua duo inter se societatem inuenit, iuxta consuetudinem loci, sic vt unus conferens pecuniam, octo pro centum accipiat, salvo manente capitali, iniusta, & illicita est; eo quod, cum tria ad societatem licitam necessaria sint, ex Na. in Man. cap. 17. num. 2 5. nimis licita negotiatio: Aequalitas lucri, pro quantitate patrum collatarum: & vt pecunia periculo eam conferens subiacet, adeo vt si pereat, illi tota pereat: in dicta societate pecuniam conferens, salvo manente capitali, lucrum sine villo damno reportat, quod est illicitum, cum lege naturali, qui sentit communem etiam damnum, & omnis sentire debet. cap. qui sentit. de reg. iur. in 6.

DE-